re in militiam proficiſcor.E militia redeo.Domi ſum & in domo Lege
Theſaurum.
prouinciarum nomina aut locorum regionum fluminum montium ho
minū.ſi uerbis in loco ſignificantibꝰiuncta fuerint:ablatiuo cū in aut
cum applicentur:ut fueram in Calabria:in theatro:in Tyberi.in Auē
tio cum Quito.ſi uerbis ad locum ſignificantibus cū ad uel in applicē
tur ut eo in Calabriam ad theatrū:in tyberim:in Auentinū: ad Quin
tum.ſi uerbis per locum ſignificantibꝰ acto cū ꝑ uel apud applicētur:
ut tranſeo per Calabriā:per theatrū:per tyberim:per Auentinū:apud
Quintum.ſi uerbis de loco ſignificantibꝰablatiuoꝝ cum ꝓpoſitioni-
bus applicentur ut Venio uel diſcedo e Calabria de theatro:ex tyberi
ab Auentino.a Quinto auctorū uſus hec aſſerit.
Verſus urbium noībus ſupponatnr ſimplici accuſatiuo:ut Romā uer
ſus Aliis uero noībus iuncta ꝓpoſitione:ut Galliā uerſus: ad inſulam
uerſus quando tamē etiā ſine prepoſitione inuenies. Lege theſaurum.
Vrbium nomina que cū uſqꝫ iunguntur.Item domꝰ.rus & militia ſim
plici acto applicentur.ut ibitis uſqꝫ romā.Velitras uſqꝫ additur & pre
poſitio:ut Tullius pro Deiotaro:uſqꝫ in Numantiam miſit.Alia uero
cū ad uel in.ut ibimus uſqꝫ in Aphricā:uſqꝫ in Auentinū: uſqꝫ ad Fe-
ſtum Vſqꝫ ſignat etiam tempus:ut uſqꝫ ad diem ſolis tecum ero.

De infinitis Ti.iiii.

INfinita uerborum perſonalium exigunt ante ſe acc̄m:poſtea ue
ro ſui uerbi conſtructionē ſeruant. Che pindaro ſtudia poeſia:
o uero pindaro ſtudiar poeſia non me piace:pīdarū ſtudere poe
ſi:mihi non placet:Che feſto ſia inſegnato da mi: o uero Feſto eſſere
inſignato da mi iuuara ad molti:Feſtum doceri ad me proderit multis.
Infinita aūt īperſonaliū habent & ante & poſt caſum uerborū ſuorū.
Io uoglio da te ſe ame.Volo abs te amari.Io deſideraua īcreſcer iu'io.
Cupiebam mei tedere iulium.Voglio eſſer fauorito da Quinto.Volo
a Quinto faueri mihi.

Eſſe.

Eſſe infinitū poſt ſe caſū querit:q ipſū precedit. ſepe tamē aliter repe
ritur:ut iſte uult eſſe piꝰ.ſperabā me eſſe medicū:mihi licet eſſe pio &
Mihi licet eē piū.ſi uero unico heret caſui:accuſatiuꝰſit ille ut eē pſīm

prodeſt:bonum eſt eſſe poetã.Fabiuſ.iii.An illi accidat ui o bono eſſe uel malo. hypermeſtra ad Linum Quo mihi commiſſo non licet eſſe piam:De hoc uerò in Theſauro que plurima diximuſ.

De Gerundiiſ Tit.y.

G Erundia tam ab actiuis q̃ a cõibuſ naſcẽtia : tam actiuã quam paſſiuam habent ſignificationem.A ceteriſ uero neutris & depo nentibuſ eandẽ ſignificationẽ hẽnt quã & uerba priſ.yiii. Ge rundia in genitiui caſuſ ſunt.In um uero acti in o autem ablti priſ.yiii. Gerundia ante ſe caſum non querũt poſt ſe uero illiſ caſibꝰ adiũgitur quibuſ & uerbum:ut Noceo tibi nocendi tibi cauſa.Tibi nocendo:ti bi nocendum priſ.yiii. In Di Quinto per hauer uirtu ſtudia.Quin= tuſ hẽndi cã uirentem ſtudet.Siue per nomina. Quintuſ hẽnde cã uir tutiſ ſtudet.Feſto per eſſer amato da me lege Feſtuſ ut ametur a me le git.Amandi eni paſſiue dici ꝓhibet : Valla quod quidẽ aſſero cum ab latiuo.ſ.fine.n.liceret:Nam Iuſtinꝰ li.xyii.ſic ait athenaſ quoq; eru diendi gratia miſſuſ ubi paſſiue accipitur. Idem in prologo primi uo luminiſ ait.Quod ad te Imperator Antonie non tam conoſcendi quã emendandi cã tranſmiſi. In Dona.

Quinto legendo o mentre lege Terentio ĩpara.Quītꝰ legendo Terẽ tium diſcit.Vergilio legẽdoſe o mentre ſe lege piace.Vergiliꝰ legendo placet.Vergilio legendoſe da me ſe lauda.Vergiliꝰdũ legitur a me lau datur:Nec enim dicere liceret additio caſu:hoc modo:La ſemina bru ſcia:eſſendo uiſta da maſcoli:Vrit femina uidendo a maribuſ. ſicut di cimuſ Vruntur uiri uidendo feminaſ.Lau. In dum.

Marcello e idoneo ad imparar grãmatica:Marcelluſ eſt idoneuſ ad di= ſcendum grãmaticam:uel per nomina ad diſcendam grammaticã. Lo mio libello e facile ad impararſe o ad eſſere imparato.Meꝰlibelluſ fa= ciliſ eſt ad diſcendum Tul.i.Tuſcu.Quod non facile ad credendum eſt. Se deue hauer miſericordia de te Miſerendum eſt tui.ſe deue noce re ad colui Nocendum eſt illi ſe deue legere lo poeta la oratiõe. lo uer ſo.Legendum eſt poetam.orationem carmen.Io deuo petere lo libro da Catone.petendum mihi eſt codicem a Catone.

De ſupiniſ.Ti.yi.

ſ Vpinorum terminationeſ due ſunt.prior in um. altera i u finitur ut uenatum uenatu.In um actiui eſt:in uero paſſiui.

Im Vm.

In um ſupinum ante ſe caſum non querit.poſt ſe uero caſibꝰ ſui uerbi adheret eãdẽq; ſignificationẽ hẽt quã gerundium ĩ dum cum ꝓpoſitio ne ad & nunq̃ fere ſine uerbo ſignificante motum ad locum ut eo uẽio curro auditum orationẽ.mitto ad uos oratum miſertum tui uenio.no citum tibi ꝓpero ſpectatum currere equoſ eo. in V.

In u deſinenſ ſupinum noiatiuo adiungitur priſ.xyiii.ut iocundum eſt ſpectatu currere equoſ miſerabiliſ uiſu.i. quũ ur.optimum factu ut fiat.Dignum auditu:qđ eſt audiri dignum. Facile creditu:ut credat. hõ dignuſ amatu.qui ametur.Pueri digni doctu qui doceantur.

Diſtributiua Ti. xvii.

d Iſtributiuũ ẽ p qđ diſtributio fit. Eſt ãt affirmatiuũ & negatiuũ. Affirmant quidam uel quilibet oĩs. uterq̃.
Ambo: alius pars: & predictis additur alter
Denegat at nullus: cum nemo: tum quoq̃ neuter.
Alter: uterq̃ ſimul. neuter quoq̃ iunge duobus
De multis ali⁹ dici ſolet inclyte lector.

Conſtruitur autem cum genitiuo plurali uel ſingulari noĩs collectiui: ſiue cum ablt̃o: uel act̃o: iuncta ꝑpoſitione: ut Quilibet horum uel ex his uel inter os cantat: & nullus iſtorum legit.

Partitiua Ti. viii.

p Artitiuum eſt per quod partitio fit: ut Quilibet alius. aliquis q cunq̃ quidã alter &c. que partitiue ponuntur: ſicut numeralia. Vnus duo tres. & Ordinalia. prim⁹ ſecund⁹ tertius. Que oĩa ſicut diſtributiua: conſtructionẽ habent: ut Veliternorum: ſeu iter Veli ter nos: aut e Veliternis aliqui ſtudent: multi ſcribunt. Vt autẽ priſciani exempla in. xvii. li. oſtendunt: & diſtributiua & partitiua ſunt eadẽ

Relatiua Tit. ix.

Relatio eſt cognitionis ante late repreſentatio: ut ſcribit Vergili⁹ ad laudem ſui priſ. xii. Relatiuum eſt cognationis ante late repreſentatiuũ. Eſt autẽ ſubſtantie & accidentis: idẽptitatis & diuerſitatis. Relatiua accidentis ſunt.

Qui que quod reliquus uel uterq̃ alius ſimul ipſe.
Is ſuus ille ſui ſimul alter cetera & ambo.

Relatiua accidentis ſunt.

Qualis uel quantuſue quotennis quot quot⁹ adde.
Et quotupluſ quotuplex quotenni cui⁹ quoq̃ cuias.

Idẽptitatis relatiuũ ẽ qđ refert eandẽ rẽ quã antecedens: ut Quint⁹ legit & idẽ ſedet. Diuerſitatis uero qđ refert diuerſam rẽ ab antecedẽte: ut ueliternorũ unus ſedet & alii currũt. Accidentis relatiuum cũ ſequẽti ſubſtantiuo conuenire oportet: ut Quint⁹ eſt tantus quãta non erat. pri. ſubſtantie relatiua cũ antecedẽti ſubſtantiuo cõuenire oportet: ut Titus loquitur & is ridet coranos. Qui que quod.

Qui que quod relatiuum ſubſtantie & antecedenti & conſequẽti ſubſtantiuo coniungi poteſt: uel proprium uel appellatiuum ſequatur. ut eſt locus qui uel quod hodie ſenaculum appellatur. Eſt in carcere loc⁹ qui uel quod Tullianum appellatur. Eo Ardeam que uel qđ eſt oppidum latinorum: lege theſaurum.

Interrogatiua ſeu Relatiua accidentis. Tit. x.

Qualis de che qualita. Eius redditiuũ Talis. Interroganti referuntur oẽs ſpẽs qualitatis: ut bon⁹ malus albus niger & ſimilia. priſ. xvii. Quãtus. quã manto. Eius redditiuum. Tantus: ta manto. Interroganti referuntur oẽs ſpẽs quãtitatis: ut longus. breuiſ magn⁹ paruus & ſimilia priſ. xvii. Quotẽnis de quãtianni. Interrogãti referuntur. Biẽnis triẽniſ: quadriẽnis: quintẽnis & ſimilia priſ. de nu

meris.Quot quanti.Eius redditũum:tot tanti. Interroganti referunt numeri omnes:ut quot hoies? Tres decem mille & ſimilia.priſ.xyii. Quotus de che numero.Interroganti referuntur ordinalia . ut primꝰ ſecundus tertius & ſimilia priſcia.de numeris.

Quotus per quot ẽt repitur.Fabiꝰ de grãmatices ſtudio.Quote & que ꝑtes oratiõis.quotuplus quãto più.Interroganti referuntur.que ꝓprie ad põdus menſurã uel numerũ dicũtur. Simplum. duplum triplũ quadruplũ & ſimilia priſ.de nũeris:ut quotuplas uncias ↄtinet ſtatera tua quã mea decuplas.Et quotuplũ uinũ habuiſti hoc ãno q̃ altero duplũ Quotuplex:de q̃ti doppi.interroganti referũtur. Simplex duplex triplex & ſimilia pri.de nũeris Quotẽi ibitis:ad q̃ti. Interroganti referũtur.Bini terni quaterni qui deni & ſimilia: qua oia pluralia ſunt ſemꝑ auctore priſ.in li.de nũeris.Auctores tñ iproprie ẽt ſingulari nnmero ꝓtuliſſet ueniũtur.Columela li.yi.Quotena ſemia iugerũ inquit. Cuius cuia cuiũ.de chi.poſſeſſiuũ eſt ifinitum pertinet. n.ad oẽs ſpẽs poſſeſſiuorũ.ut Cuia eſt filia hec? mea uel tua uel illius.Id autem tã interrogatiuum eſſe poteſt q̃ relatiuũ.Et eius maſculinũ in fine acuit differentie cã pri.xyii. Cuias:dõde?iterrogãti referuntur noia cuncta gentilia.ut Cuias eſt ille? noſtras ueſtras:uel grecus uel. Romanꝰ ut ſimilia pri.xyii. Declinatur autem hic & hec cuias:huiꝰ cuiatis.ſicut hic & hec arpinas huiꝰ arpinatis.Antiqui.n. dicebãt hic & hec cuiatis & hoc cuiate:uel ut hic & hec arpinatis & hoc arpinate. plau. Rogitãt cuiatis ſit.

## De comparatiuis Tit. xi.

COmparatiuum eſt quod cum poſitiui intellectu uel cum aliquo participe ſenſu poſitiui magis aduerbium ſignificat. ut fortior magis fortis interior magis intra quã ille qui intus eſt.priſcianꝰ iii. Comparatiuum reſoluitur per aduerbium & poſitiuũ.ut fortior. ideſt magis fortis.uel pius aut uehementius aut ualidius fortis & ſimilia. V.Comparatio eſt uel ſimilium uel diuerſorum.uel minorum ad maiora uel maiorum ad minora collaeio priſ. ex Hermogene. Graduſ cõparationis ſunt tres.poſitiuꝰ.ut fortis.Comparatiuꝰ ut fortior. ſuplatiuus:ut fortiſſimus.poſitiuus dicitur quia primus ponitur in cõparotionis gradu. Apud grecos comparatiuum refertur ad unum ſui generis ſuperlatiuũ ad plura eiuſdem generis ſed ad plures diuerſi generis comparatiuo utuntur.Cui genitiuum quoq; adiungunt.cum ablatiuo careant.Quod & latini imitati ſunt.utiq; inter duo.ut Aiacum fortior fuit Thelamoniuꝰ & manuum melior eſt dextera.Hora.o maior iuuenum dixit Et Ode penultima.Maior neronum ait.de Tyberio & druſo loquens.Inter plures uero diuerſi generiſ ablatiuo comparatiuum latini iungemꝰ.ut Achilleſ troianis fortior fuit.& tu es doctior carthaginenſibꝰ pli.li.xyiii.Quamq̃ diligentior eſſet ceteris. Cõparatiuus quidem gradus ablatiuo caſui iungitur utriuſq; numeri.Interdum tñ nño interpoſito q̃ aduerbio.ut fortior ſcipio annibale. aut fortior ſcipio q̃ ãnibal.pri.iii.Dicimꝰ itẽ ſum fortior inter illos uel ante illos.aut ex illis.Pli.uero nullum oium ꝑſtantius dixit libro octauo

ti.xxi.id aũt fit greco more:qui cum careant ablatiuo gſo utuntur in cõparatiuis Sum magis pius q̃ Cato dicitur:uel magis pius Catone. Enea fu tanto piu giuſto q̃to piu fe'ice de hector fuit tam iuſtior quã felicior eneas Hectore.priſc.iii. Achile fu piu forte che piu giuſto de enea Fuit Achilles enea fortior magis quã iuſtor.pri.iii.Diuus queque hiero.de paupertate Quidã ex fratribus parcior magis quam auarior. Fabius uero li.iii.prologo ait. Sitq; ſalubrior ſtudiis quam dulcior.Et Columela li.yi.Ac ſi longior fuerit q̃ latior:ergo ſine magis ẽt bene dicitur.Fiunt cõparatiua a nominibus adiectiuis poſſunt increméta uel diminutiones accipere ut clarus clarior.A uerbo detero deteris deterior.A participiis amans amantior.a ꝓpoſitionibus extra exterior. intra interior:ultra ulterior:citra citerior : ſup a ſuperior. infra inferior poſt poſterior.prope propior.ante anterior.Ab aduerbiis pridem prior diu diutius ſepe ſepius &c.Secunde declinationis nomina or aſſumũt in genitiuo.Tertie in dſo & faciunt comparatiua:ut clarus clarior:ſapiens ſapienti ſapientior. Sed bonus facit melior. ſiniſter ſiniſterior dexter dexterior.magnificus magnificentior:munificus munificentior:iuuenis iunior.magnus maior.malus peior. paruus minor. Que uocalem ante us habent non formant in uſu comparatiua .ut pius arduus egregius dubius:ſtrenuus:idoneus.Aſſumunt autem magis aduerbiũ & uſum comparatiui complent.ut magis pius hic q̃ ille. uarro tamen lib.ii.de canibus loquens aſſiduiores ait.Mediocris & rudis.ut Diomedes ait.comparatiuo & ſuperlatiuo deficiunt. Ocyor & ocyſſim⁹ a greco eſt ocys.priſ.xy. A nequior & nequiſſimus inuenitur a pridẽ remota dem & addita or fit prior. & accepta mus fit primus. priſc.iii. Sepe comparatiuus gradus preponitur ſuperlatiuo ut maior maximo Tul.pro.M.Marcello maximus omnes tibi gratias agim⁹ Cai.Ceſar Etiam habemus maiores.Minor triginta annorum & minor triginta annis dicitur.Sic etiam minor.Item habeo duo annos diebus quinq; minus:eſt mihi plus minuſue mali quam boni.ho io uno anno piu de trenta : habeo triginta annos plus uno. diligo illum minus aut plus equo. Poſitiuo iungimus tantum quantum multum paulum & ſimilia.cõparatiuis uero & ſuperlatiuis tanto quanto.multo : ut multum doctus & multo doctior.Dicimus etiam tanto ego ante ueni quanto tu poſt ueniſti.Propior propius & ꝓximus dſo & acto iuncta legi: ut propior propius aut ꝓximus occeano uel occeanum. Dicitur quoq; ad occeanum propius.Item proximo deos accedo aut ad deos proxime.Lege Theſaurum. De ſuplatiuis Tit.xii.

SVperlatiuum eſt:quod ad plures ſui generis cõparatum ſupponitur oĩbus ut fortiſſimus grecorum fuit achilles.i. ſup omnes grecos fortis. Per ſe uero prolatum intellectum habet cum ualde aduerbio poſitiui.Nam dicendo fortiſſimus hercules fuit:non adiiciens quorum:intelligo ualde fortis.priſ.iii. Valla tamen ſcribit ſuperlatiuũ reſolui per ſuplatiuum & poſitiuũ:ut fortiſſimus grecorũ achilles.i.maxime fortis & ualidiſſime non enim cõmode dicitur ualde for

tis. Nam quid abſurdius q̃ cum exponamus cõparatiuum p̄ compara tiuum: exponere ſuperlatiuũ per poſitiuũ. Suplatiuum gt̃o plurali uel ſingulari iungitur nois collectiui. ut fortiſſimus gẽtis. priſ. iii. &. xyiii. Dicimus item fortiſſimus ante alios uel ex aliis. In er adiectiua ac- cepta in imus faciunt ſuperlatiuum ut pulcher pulcherrim⁹ acer acer rimus. Sed dexter dextim⁹ & ſiniſter ſiniſtim⁹ faciũt priſ. iii. In us adie ctiua aſſumunt in gt̃ o s & ſim⁹: ut clar⁹ clari clariſſim⁹. Excipitur bo nus optimus munific⁹ munificentiſſimus malus peſſim⁹ q̄d deſinit in ſi mus: magnus maximus: puus minim⁹ multus plurimus. Priſ. iii. Qui- dam poſitiui carent ſuperlatiuis ut ſenex. iuuenis adoleſcens. diues me mor rudis. ſingularis: & hñtes e ante us ut idone⁹. A tria ultima cõ- paratiuo ẽt carent. In ximus duo deſinunt. Magnus maior maxim⁹ prope propior ꝓximus: q̄d quidem pro cognato poſitiui ſignificatio- nem habet itaq̃ ẽt cõparatiue ꝓfertur. Vlpian⁹: Si quis proximor co gnatus naſceretur. priſ. iii. Tertie declinationis nomina in genitiuo aſſumunt ſimus ut uſlis uiliſſimus utilis utiliſſimus.

Sex limus accipiunt. agilis facilis graciliſq̃

Ac humilis ſimilis dociliſ. compoſita uel adde.

Vetus ueterimus facit a ueter poſitiuo antiquo.

Intra interior intimus. ultra ulterior ultimus.

Citra citerior citimuſ. Ci. de repub. yi. Que ultima a celo citima a ter ris luce lucebat aliena extra exterior extimuſ uel extremus. ſupra ſupe rior ſupremuſ poſt poſterior poſtremus. infra inferior infim⁹. A uerbo detero deterior deterimus. ante anterior ſuperlatiuũ non habet in uſu. priſ. iii. Dicimus autem extim⁹ illius illi & ab illo. lege Theſ.

De participiis. Tit. xiii.

p Articipiũ ait ſergi⁹ dictũ quaſi pticipiũ hẽt. n. a noĩe genera & caſus: a uerbo aũt tp̃a & ſignificationes. ab utroq̃ numerũ & fi guram.

Amans amante. i. qui amat: uel qui amabat.

Amaturus. da amare. i. qui amabit.

Amatus: amato. i. qui amatuſ eſt uel fuit aut fuerat:

Amanduſ: da eſſer amato. i. qui amabitur. Reſoluitur. n. participiũ in relatiuum ac uerbum tempore ſeruato ut patuit.

Participio uerborũ ſuorum ſeruant conſtructionem: ut doctuſ grãma ticam doceo enim grãmaticam dicimuſ.

Doct⁹ uero grãmatice nomen eſt priſ. xyiii.

A uerbo actiuo duo participia ueniunt: preſenſ: ut Nutrienſ: futurum: ut nutrituruſ. A uerbo paſſiuo duo ueniunt participia. p̃tm ut nutri- tuſ futurum ut nutriend⁹. Sciendum ꝙ ſi deficiant ſupina, deficiunt ẽt participia futuri in ruſ. & preteriti que ex ipſiſ naſcuntur.

Grammaticuſ docuit: nullum formare ſupinum.

Vrgeo cum renuo. metuo: timeo: ſpuo poſco.

Compeſco: ſugo. diſco. ſimul arceo: linguo.

Caluoq̃ cum tullo: quãuiſ ſublatuſ ei dant.

Ango anctum profert: anxus quoq̃ ruſ fugit autem

A neutris duum tēporū participia ueniūt. preſentis. ut ſtanſ ſonanſ. futuri ut ſtaturuſ: ſonatur⁹ non ſoniturus. Euphonie gratia.
In meditatiuis inceptiuis quoq; uerbiſ.
In ruſ deficiunt. tibi parturio eſurio do
Exemplum horreſco. ferueſco ſiue repeſco.
In neutriſ etiam deſunt que ſunto ſecunde
Ac per ui faciunt perfectum. calleo monſtrat
Ferbeo cum tepeo. ſtupeo lateo niteoue
Ex hiſ tolluntur ſeptem ſolūmodo uerba.
Nam doleo dolituruſ habet. Careo carituruſ.
Sic ualeo. placeo noceo. pateo caleoq;
pelignuſ iat. Calituraſq; ignibuſ araſ.
In decimoterno. pateo paſſurus habebit.
Forte deo dolituruſ erit. Naſo quoq; dixit. li. ix.
Hec quoq; deficiunt in ruſ. propriiſq; ſupiniſ.
Ambigo ſcando. luo ſterto uel ſtrideo ſtrido.
pſalmo mico rudo pedo tum parco peperci.
Et conquiniſco uel obedio dego paueoq;.
Luceo tum ſiſto ſatago ſcabo malo uoloue
Ac nolo & gliſco creſco pluit eſtuo uergo
Mando ſimul ſorbo cum ſorbeo pliniuſ ipſe
Inueniendi auri titulo. ſed parcitum inquit
Vult participio phocaſ caruiſſe futuri
Sitio ſeuo fluo ſerit algeo pliniuſ autem
Sepe ſaturuſ ait Mando manſuſ retinebit
Nanq; ciboſ manſoſ fabium dixiſſe notaui in. x.
Spica quidem quarto docuit te plura libello
Biſ ſeptem retinent tria participia neutra.
prandeo uel ceno nubo placeo. careoq;
Aſſueſco pateo iuro titubo ſoleo tum.
Audeo uel fio cum fido gaudeo ſiue. priſ. xi.
Vt prandeo prādenſ pranſuſ & pranſuruſ. Careo carenſ caſſuſ & carit-tur⁹ ſed caſſuſ magiſ eſt nomen. precipue cum uanum ſignificat fido fidenſ fiſuſ & fiſurus &c. Fio quidem factus tantum habet fieſ enim nō facile reperitur. factur⁹ eſt a facio. & futur⁹ a ſum eſ eſt fui id uero oſtēdunt affuturuſ. de futuruſ & ſimilia.
Enſ a ſum es eſt: ceſar non incongrue protulit priſ. xviii.
Tranſitiua neutrorum uerba non tamen omnia quattuor participia tenent ut aro aranſ araturuſ arat⁹ & aranduſ.
A cōi uerbo quattuor temporum naſcuntur participia: ut criminor criminanſ criminaturuſ criminatuſ & criminanduſ priſ. xi.
A deponenti trium temporum ueniunt participia ut ſequor enſ ſecut⁹
Liquor uel medeor liceor ueſcor. reminiſcor & ruſ priſ. xi.
Fert liquenſue medēſue licenſ ueſcenſ reminiſcens,
Dat reor ipſe ratuſ Diomedeſ non tamen ultra

Nempe fruor fruitus uel fructus ſum uariabit.
Sed fruiturus habet. fructurus nemo notauit.
Fretus confiſus fertur. ſic dicito nomen
Threicia fretus cythara fidibuſq; canoris. Virgilius.
Inuenies tu nempe fruens Ciceronia querens in. de natura deorum.
Naſcor dat naſcens: & natus dic oriturus'
A coriens ortus moriens tuus & moriturus
Eruiturus item dabit erutus. Priſcianus hoc docet.
A naſcor Phocas rus ſcribit non reperiri.

Sequendus. i. quem debent ſequi. Loquendus: ideſt quem debemus lo
qui: Nomina ſunt Priſ. yiii. Ouidius quoq; primo triſtium inquit. Ne
mihi mors miſero bis patienda foret. Vbi patienda nomen eſt. Non
enim ſui uerbi tenuit conſtrutionem: nec tempus ſignificat. Ennius te
ſte Nonio ait. Audibo atq; auris contra utendas tibi dabo: Imperſo
nalia deficiunt in ſupinis & participiiſ: ut piget: pudet: quamuis Pla
utus puditum poſuit: Priſ. xi: Pudens ideſt uerecondus & pudendus
in pudorem habendus. nomina ſunt. Oui. Faſtorum. iiii. Nec gener eſt
nobis ille pudendus ait. A piget etiam pigitum protulit. Syllius lib. yii
Nec pigitum paruoſq; lares: humileq; ſubire. A peniter penitens no
men & participium eſt. iungitur. enim. ablatiuo cum dc. & eſt nomen.
Suet. in Claudii Penitentis de matrimonio Agrippine. Iunctum uero
gto participium eſt. Sueto. in Vitellino Nô multo poſt penitens facti
Penitendus nomen eſt. Sueto. in Veſp. Sed tamen reipublice nequaq̄
penitenda. Saluſt. quoq; in iugur. ait. Num eorum penitendū ſit. Vbi
quidem gerundium eſt. Perteſus & gto & acto iungitur. Macro. primo
de Sumnio: Perteſus neceſſitatis. Suet. in Ceſa. Et quaſi perteſus igna
uiam ſuam: id autem uenit a pertedet. Alibet libens inuenitur: ſed no
men a licet licens & licitus. Virg: yiii. Et licito tandem ſermone fruun
tur.

Participia in uim nominis tranſeunt quattuor modis. Tempore con-
ſtructione: aut caſu. comparatiōe & compoſitione Priſcia. x. dc. xii.
capit. Tempore: hoc eſt ſi tempus amittant: ut hic doctus laudatur
Tu amandus ſedeſi ideſt amari dignus Conſtrutione: aut caſu: ſi uerbi
caſum non ſequantur: ut doctus grammatice. fugitans litiū: Compa-
ratione: ut magis doctus hic quam ille. Vb. etiam. tp̄s amittitur Com
poſitione: ut nocens innocens: Si. enim participia per ſe componātur
nō pri⁹ uerbis cōpoſitis trāſeūt inominū uī auctore. priſciano libro. xi.

De Conſequentia ablatiui partipiorꝝ.

Sole aſcendente dies fit: ideſt dum ſol aſcendit: Et T aiāo bellante ui
cti ſunt parhti: hoc ē dum Traianus bellabat ſeu bellaret. & audita
lectione cantabimuſ ideſt poſtq̄ audita erit lectio. Fit talis conſtrutio
per ablatiuū nominis & participii uerbo & nto alteriuſ nominiſ. iun
ctum. Priſcianuſ quinto. dicimuſ etiam me doctore florent Muſe ideſt
dum ego doctor ſum: uel dum ego doceo: illo imperatore: donec ille
imperat. pietate manente: dum pietas manet.

Figura. ſicut nomine ipſo patet: eſt confirmatio quedā remota a cōmuni & primū ſe offerēde ratione: Vel figura ē arte aliqua nouata forma dicendi. Fab. ix.

Nempe prolepſis erit preſumptio: tunc & enim fit.
Quum quod poſterius ueniet: deſcribitur ante
Virgilius ſexto: portuſq; require uelinos.
Vel totum capitur. poſt partes accipiuntur.
Diſcipuli diſcunt: hinc pindaron ille Catullum.

Prolepſis ex pro q eſt ante & lepſis acceptio: q̄ſi preacceptio ſeu p̄ſūptio. dicitur. Fit autē cum ſumitur totū & poſt partes accipiūt ut aquile uolauerunt: hec ab oriēte, illa ab occidēte: ſiue aqlaꝝ altera deuolauit ab oriēte altera ab occidēte. De hac Priſ. lib xvii. plura dixit: & nos in carmine figurarum.

Cum plures ſenſus uerbo concludimus uno.
Fit zeuma: a nobis adiuntio dicitur eſſe.

zeugma latine dici poteſt adiunctio ſecūdū priſ. xvii. Eſt autē figura teſte fab. li. ix. quum unū ad uerbū plures ſentētie referuntur: quaꝝ unaqueq; deſiderarent illud ſi ſeſe ponerēt. Id tribus accidit modis aut p poſitō uerbo. Vicit pudorem libido: timorē audacia. Et tūc dicit protozeugma Aut uerbo ī medio poſito: ut tu curris & ille Et tūc Melozeugma noīat aut uerbo poſt poſito: ut Obſequiū amicos ueriats odium parit. Et tunc hyſterozeugma uel hypozeugma dicitur.

Pro numero numerū ponas Synecdocha fiet.
Dicendo naues armato milite complent.
Si partem ſumis pro toto. uel uiceuerſa.
Da requiem puppi: ueniet cum frigidus annus.
Nuda genu: meſta & uultum: ſynecdocha fiet.

Synecdoche dici pōt conceptio. a Cicerone in dignitatibꝰ dicit ītellectio. Fit aūt cū a parte totū. uel a toto pars ītelligit. ut puppi ideſt naui hoſtis habet muros: p hoſtes: Frigidꝰ annꝰ. i. frigida hyems: Meminiſſe aūt debemus ait Dona. quando fit a parte totū faciēdū eē ab īſigniori parte Fit etiā quotiēs participio p̄teriti tpiſ a paſſiuo. iūgimꝰ caſum acm: ut deiectuſ animā. Meſta uultum. Ser. i. en. Reſoluit uero hñſ deiectū aīum: & hñſ meſtū uultū. Sz ī carmie potiꝰ q̄ pſa utemur

Vrbem quem ſtatuo ueſtra eſt. Antiptoſiſ habetur.

Antiptoſiſ dici pōt latine p caſu. Figura eſt quādo caſꝰ p altero cāu ponitur: ut Vrbem quam ſtatuo ueſtra ē. p urbeſ. & ſermonē quē audiſtiſ non eſt meuſ. & Quam putaſ Demoſtheniſ orationem aeſchiniſ eſt Fit enim ex anti quod eſt pro: & ptoſiſ caſuſ.

Parſ in fruſtra ſecant: dic ſyntheſin eſſe figuram.

Syntheſiſ ex ſyn qđ ē cō: & theſiſ poſito dicit. Fit aūt cū ſingulare nomen collectiuum uerbo plurali cōponit: ut pars ī fruſtra ſecāt: & populuſ clamāt.

Eſt appoſitio cōiunctio quippe duorum.
ſubſtantiuorum declarāt ſeq; uiciſſim.

Miratur moſem Aeneas magalia quondam.
Appoſitio eſt duoꝝ ſubſtantiuoꝝ cõiunctio ſine copula: quoꝝ alterũ declarat alterũ: ut Alexander Biordi filius. Requirunt aũt duo ſubſtã tiua in eodẽ caſu. Dic ego paulus amo: Euocatio dr̃ eſſe & tu Cicero curris. Euocatio eſt cũ prime uel ſecunde pſone tertia iungitur ſine copula ut patuit. Sylleptis ſiue & cõceptio tripliciter fit: Et genere & numero & pſona: idigniꝰ aũt hic deducendũ eſt ad dignꝰ optie lector. cõceptio ſeu Syllepſis eſt adductio indignioris ad dignꝰ. Fit aũt tribus modis. Genere: Numero & pſona. Genere ut maſculinũ concipiat femininũ & neutroꝝ. Femininum uero concipiat neutrũ: ut Quintus & Martba ſunt mei: martha & hoc aial ſunt noſtre. Luc. i. Vix erat: hinc leges & plebeſcita coacte. Maſculinum genus dignus eſt feminino & neutro & femininũ neutro. Numero fit cũ pluralis concipit ſingularẽ. uel ſingularis dictio plurali uerbo redditur: hoc. n. ſchema late patet: ut Dona. ait ut Diſcipuli & p̃ceptor legunt uel diſcipuli cũ p̃ceptore legũt. pindarus & quintꝰ amãt. Perſona fit ut pria cõcipiat ſecundam & tertiam. Secunda concipiat tertiã priſ. teſte in. xii. &. xvii. Prima enĩ dignior eſt ſecũda & tertia. Secũda uero dignior ẽ tertia. Dic igĩt. Ego & tu legimꝰ: ego & ille ſcribimꝰ. Ego & uos & illi fecimꝰ. Itẽ diueſſimur idẽ. Iphitꝰ & pelias mecũ. i. & ego: Tu & ille ſcribitis. De his latius in carmie figurarũ. Regularum finis.

Summa declinationis per Antonium Mancinellum.


Prima declinatio Titulo primo.
Secunda declinatio titulo ſecundo.
Tertia declinatio titulo tertio.
Quarta declinatio titulo quarto.
Quinta declinatio titulo quinto.
patronomica in des ſexto.
patronomica in as. vii. patronomica in is. viii.
patronomica in ne & greca in e. ix.
Greca in os. x.
Vnus Totus. Solus Vllus & Similia. xi.
De numeralibus. xii. Compoſita e duobus rectis. xiii.
Compoſita e recto & obliquo. xiiii.
Compoſita e duobus genitiuis. xv.
A quis & qui deducta. xvi.
Compoſita p̃onomina. xvii.


Fabius. li. i.

Nomina declinare & uerba in primis pueri ſciant. Neq enim aliter puenire ad intellectum ſequentium poſſunt. Quod etiam monere ſupuacuum erat niſi ambitioſa feſtinatione pleriq a poſterioribus icipereñt. Et dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſiora malunt compendio morantur. Phoca etiam teſte Omnis ambiguitas nois in genere & decliatione conſiſtit. Quam peſſime itaq faciant grãmatice fundamenta cõtemnere. omniũ ſit iudicium. Nonne & M. Tullius orator artis grãmatice diligentiſſimus fuit: ut Fabius meminit.

PRima genus tantum poſcit uariatio triplex.
Maſculeum muliebre: ſimul commune teneto.
Sumit A poſt As Es aut Am uariatio prima:
Aegina. aeneas anchiſes monſtrat: & adam.

Hec Aegina. huius ne huic ne. hanc nam & nan. o na. ab hac na. ſic ua riantur in a grecorum propria. feminina. ut Maria meliſſa medea. Hec familia. huius familie. & familias: huic lie &c. Inde cōpōitur hic pr̄familias. hui⁹ pr̄iſfamilias: hec mr̄familias hui⁹ mr̄iſfamilias &c. Hec dea hui⁹ dee huic dee hanc deā: o dea: a dea he dee harum dearū his deabus: has deas: o dee. a deabus: ſic uariantur ſeptem inferiora.

Filia cum nata libertaq; uel dea mula.
ſic Equa ſic aſina in plurali terminat abus
At decimo terno eſt peligni: Eubea duabus
Et totidem natis andros fraterna petita eſt.

Hic & hec Dardanida: hui⁹: de huic de: hunc & hāc dā: o dardanida: ab hoc & ab hac da. hi & he Dardanide. horū & harū nidum & nida rū his dis. hos & has das: o dardanide. a dis ſic eunt graiugena. celico la. terrigēa: & ſimilia deriuata ſeu cōpoſita noīa. Antiqſſimi uero. Ter rigen⁹na. nū protulere. He ſuppetie has ſuppetias tantum. Has inficias ſolum. qđ nomen heret eo is it dumtaxat: hinc. Fab. liiii. ſimul & iiii. ait. Neq; inficias eo: pro nego.

In As.

Hic aeneas. hui⁹nec huic nec hūc neā & neā o nea. ab nea huiuſmōi ꝓpria greca in ꝯs finita declines. ut Bitias pelias ſatanas. Dicitur etiā ſatā ſatanis.

In Es.

Hic anchiſes huius ſe. huic ſe: hūc ſen. o ſe. ab ſe. Ita quoq; ſimilia gre ca infiectuntur. ut Geriōes archates polites. Veterel aūt hic anchiſa etiam dixerunt. Et Gerionis ſepe inuenies.

In Am.

Hic adam. huius de huic de hūc dam. o dā. ab da. ſiue hic adam hui⁹ adā huic dā. hūc dā. o dā. ab adā. ſic ēt habraā & ſimilia barbara uari

Secunda Declinatio: Tit. ii.

PRimum femineum neutrum genus adde. ſeconde
Er uel ir. urq; refert eius us ſimul umq; ſecunda
Indicat hic teucer. uir uel ſatur. orpheus atq;
Pactolus templum

In Er.

Hic Tiber. huius bri. huic bro. hunc bron & brrum. o ber. a bro. Si militer hic Menander. teucer euander. que in us etiam reperiuntur. ut Menandrius teuer⁹ euandrius timbrius. Hic caper huis capri huic ꝓ hunc prū o per a pro hi capri horum caprorum & caprum. his pris. hos pros o pri a pris. Ita uariantur in gt̄o plurali oia maſculina. ſecūde declinationis neutro carentia. ut uirū & uirorum nūmum & nūmorū denarium & denariorum. Que quidem ſi proponantur in um non in orum faciunt. Vnde aduertas. Hoc mille nūmum. huius mille nūmum &c. hec milia nūmum: horum miliū nūmum: his milib⁹ nūmum &c.

Itē hoc mile dēariū. Et hic triūuir. hoꝝ triumuiꝝ. Duumuir. hoꝝ duumuirū &c. Caue dicas millenumoꝝ milledenarioꝝ duumuirorum.

In Ir.

Hic uir. hui⁹ uiri. huic ro. hūc rū. o uir. a ro. hi uiri hoꝝ uiꝝ & uiroꝝ his uiris. hos ros. o ri. a uiris. ſic leuir leuiri. duumuir. ri. triumuiri. & alia ab eo compoſita. Sed in genitiuo plurali ileuirum. duumuirū triumuirum. Non āt leuirorum. duumuirorum triumuirorum. In Vr.

Nto ſatur ra rum. gto ri re ri. dto ro re ro. acto rum ram rum. O ſat ra rum. a ro ra ro. pluraliter ſaturi re ra. gto rorū rarum rorū. dto ris. acto ros ras ra. o ri re ra. a ris. In Vs.

Hic pactol⁹ hui⁹ li. huic lo. hūc lō. & lū. o le. a lo. Ita iuflectūt ſimilia greca. ut priamus. Hic uicarius huius uicarii. huic uicario. hūc uicariū o rie. a rio. hi rii. hoꝝ riū & riorū his riis. hos rios. o rii. a riis. Sic eūt appellatiua in ius: ut pius ſocius. Hic uirgilius huius uirgilii. huic lio. hūc liū. o di a lio. hoc pacto in ius propria: ut antonius iulius. hic ſup parus ſuppari &c. hi ri rurum. & hec para. ſupparorum &c.

Hic ſibilus hi ſibili. & hec ſibila &c.

Hic balteus. hi baltei: & hec baltea: &c.

Hic iocus hi ioci & hec ioca &c.

Hic locus hi loci & hec loca &c.

Hic tartarus tartari: hec tartara tartarorū &c. Sic didimus & didima Tenerus & tenara. menalus & menala. maſſicus & maſſica Eſmarus & iſmara. gargarus & gargara. Pileus & Pilea. īfern⁹ & inferna Auern⁹ & auerna. hic uel hec garbaſus hec garbaſa garbaſorum. hec Pergamus pergami hec pergama per gomorum: hec intibus he intibi. hoc uero intibum hec intiba facit. hec Arbutus ti: hec arbuti horum: pro arbore. hoc arbutum arbuti. hec arbuta torum pro pomis Semiſomnus na nū uel hic & hec ſemiſomnis & hoc ſemiſone &c. Biiugus ga gū. hic & hec biiugis & hoc biiuge. Quadriugus ga gum. hic & hec quadriiugis & hoc quadriiuge. Inerm⁹ ma mum: hec & hec inermis & hoc inerme. Vnanimus unanima unanimū. hic & hec unanimis & hoc unanime. ſic exanimus & ſimilia Perēnus perenna perennū: hic & hec perēnis & hoc perēne. hilarus ra rū: hic & hec hilaris & hoc hilare. īfrenus inferna num hic & hec infrenis & hoc infrene. Hoc uirus o uirus At Lucretius huius uiri & a uiro dixit. Et Suet. in tyb. uiro ē uſus hoc pelagus. huius gi hoc go. hoc gus o ge. & o deus. o incus uocita: ſed filius olim o gus a go. ſic & uulgus.

Filie. nunc fili. populus le lus ac uocitabit

Fert pelagus: uulgus. fluuius chorus. aguus e uelus Domus.

Hec domus huius domus & mi. huic mui. hanc mū o mus a mo. he domus harum muū & morū his domibus has mos o us a mibus.

In Vm.

Hoc tēplū hui⁹ pli. huic tēplo. hoc plū o plū a plo. hec pla horū plorū his plis hec pla o pla a lis. ſimiliter hoc patronomicū grece uero patronomicon dr greca enim in on neutri generis in um terminantur apud

latinos Priſ.yi.hoc iugerũ huius ri huic iugero hoc rũ o rum ab ro. Plurale tenet hec iugera: hec iugera:o ra tantum huius ris. Ab hoc iugere hec iugera:hoc rum:hic ribus: hec ra o ra ab ribus. Tibullus ſecundo iugere dixit Pli.itẽ li.xix. Hoc porrum huius rei huic ro hoc rum o rum a ro hec porta & hi porri horum rorom his ris &c. Sic ẽt. Frenum hec frena & hi freni. Filum hec fila & hi fili: forum hi fori & hec fora. hec fora o fora. hoc celum huius li. huic lo hoc lum o lum a lo hi li horum lorum his lis hos los o li. a lis Syl.li.ix. Diſcordia demens intrauit celos. ſuperoſq; ad bella coegit. Hoc epulum: hui⁹ li huic lo hoc lum o lum. ab lo he le harum larum his liſ has las o le ab lis Hoc balneum huius nei huic neo hoc neum o neum a neo hec nea horum neorum &c. he nee harum nearum &c. Hec glicerium: huius glicerii: huic rio hanc rium o rium a rio. Sic eunt in um feminina. ut dorcium Sophronium.

In Eus.

Hic Orpheus. huius ei uel eos: huic eo & phi. hunc eum & ea o Orpheu ab orpheus ab orpheo. ſic inflectuntur in eus diphthongo: grecorum propria ut perſeus. Theſeus. tydeus. Ouid. tamen iuibim ait orpheon eſſe rete ab eo quod ẽ ορφεοσ α ουορφευ. ideſt hic orpheos huius orpheu latine uero hic orpheus orphei. ſicut androgeos androgeu latine androgeus in quibus nulla eẽ poteſt diphtõgus. propterea in eon faciunt tunc greco more Acc̃m hic androgeus nõ uariatur ut orpheus. tydeus. perſeus. Non. n. finit in eus dithongon ut ea Vnde Ariadna apud Ouidium inquit: Viueret Androgeus utinã. Eo eni longum in us etiam longum uerſum eſt Id uero nomẽ Attici ita inflectũt ut docuit. Conſtantinus. ſer. ii. enei. ibi androgeos offer nobis ſocia agmina credens. O androgeos tu geo to geo. ton androgeon o androgeos. Pluraliter hi androgeo. ton androgeon tis androgeos tus androgeos o androgeo. ſic ẽt o orpheos tu orpheu &c. Hic androgeus latini uſurpãt huic ãdrogei uel geo huic geo hũc geũ uel geõ o gee ab geo

Tertia Declinatio Tit. iii.

Tertia quippe genus uariatio continent omne
pluribus ipſo modis finitur in ordine Dicam. In A.

Hoc poema hiuis matos &. matis huic pomãti hoc poema o poema a poeamate. hec poemata horum matum his matis & matibus hec mata o mata a matis & matibus. Ita uariamur in a grecorum neutralia: ut ſirma ſirmatis: toreuma toreumatis. paſcha paſchatis. non paſcha paſce.

Hec ſaturnalia. horum lium his libus: hec lia: o lia a libus. ſimiliter flectuntur ludorum feſtorumq; noia ſemper pluralia: ut Vulcanalia. bacchanalia neptunalia: orgia. ſolenia. In E.

Hoc cubile huius lis huic li hoc le o le a li: hec cubilia horũ lium his libus hec lia o lia a libus. Veteres autem in i & in e terminarunt ablatiuum neutralium nominum que in e deſinunt. Vnde. ſepe inuenies a mare & mari hoc uero. ſoracte hui⁹ ſoractis &c. a ſoracte tantũmodo

facit ablatiuum. Lege Syllium lib. y. Sic etiã hoc rete retis a rete ſemper. Hoc mare huius maris huic mari hoc mare o re are & ri: hec maria hec ria o ria: Ceſar dixit maribus hoc cepe hoc cepe o cepe, ſecũdum ſergium. Hoc gauſapc huius pe: huic pe. hoc pe o pe a pe: hec gauſapa: horum gauſapum his gauſapib⁹ hec pa o pa a pibus. Hoc preſepe hui⁹ preſepe huic preſepe hoc pe o pe a pe: hec pia horũ piũ his pibus: hec pia o pia a pibus. Hoc preneſte huius preneſte huic ſte hoc ſte o ſte a ſte. Dicitur etiam hec preneſtis: hui⁹ preneſtis ſer. vii enei. Hoc ampluſtre uel ampluſtre: hui⁹ ampluſtris huic ampluſtri: hoc ampluſtre o ſtre ab hoc ſtri. hec ampluſtra & ampluſtria horum ampluſtrium his ampluſtribus hec ſtria & ſtria o ſtria & ſtria ab his ſtribus. Hec ilia horum ilium. his ilibus hec ilia o ilia ab ilibus. Iuuena. Vis frater ab iſtis ilibus? Plinius tamen libro. xi. Ille dixit.

In. I.

Hoc gummi huius gũmi huic mi hoc mi o mi a mi. plurali caret. ſimili pacto hoc ſinapi. Dicitur etiam hec ſinapis & hec gũmis: uti Columella. Fletum ſactura ſinapis. Et lib. xiii. qualis eſt gũmis. Hic & hec & hoc Eiuſmodi huius di huic di &c. Huic frugi: huius nihili huic mancipi cordi. nauſi figurate cum oĩbus caſibus & generibus iungi poſſunt: ut hic & hec & hoc frugi: huius gi: huic gi &c. ut frugi homo qui frugi eſt: hoc eſt utilitati. frugi homines qui frugi ſunt.

In y.

Grecula in y greco reperimus nomina quedam
Moly epy aut dory hoc caſus que tris retinebunt.

Hic & hec nemo huius neminis huic ni hunc & hanc nem a ne. Vrõ caret & plurali. huius ditionis huic ditioni hanc nẽ a ne probo alibi. Hec cõpago. huius ginis huic gini hanc nẽ o go a gine. he compagines harum ginum &c. ſic ẽt Ambago ginis &c. Compages uero compagis hẽt ſicut ambages ambagis. Pli. Oui. & Manilius compaginis uariant & ambaginis. Hec pondo horum do his do. o hec do. o do a pondo. Hec dido latine huius didonis huic oni hanc onem. o didos a one. ſic quoq; Calypſo onis. Caliſto calyſtonis. Grece autem declinationis tres caſus tantum accipimus: ut etiam ſeruius. vii. docet. Nominatiuum Genitiuũ & actm: ut hec dido huius didus hanc dido: ſic ſapho. ſaphus ſapho. Alecto ctus. alecto poſſumus itẽ dicere ab hac dido. ſapho alecto plinius. n. a ſapho dixit lib. xxii. c. xi.

In Ac In Ec.

Hon lac huius lactis huic lacti hoc lac o lac a lacte. Hoc alec huius ecis huic ci hoc halec o halec ab ce. plurali carent. pli. uero inquit: halec imperfecta nec colata. Et Martialis halecem: ſed quam protinus illa uorat.

In id in Vd.

Hic dauid huius dauid. huic dauid hunc id. o uid. a dauid Ita priſ. Id Bogud Bogudis Maurorum rex huic udi hunc udem o gud a gude.

In Al.

Hoc aial hui⁹aimalis:hic aiali:hoc aial:o aial ab animali:hec anima
lia hoꝝ aialium his libus:hec lia o lia ab aialibus.In al neutra ſic ua
riantur:ut hoc tribunalis. hoc ceruicalis. Priſ.yii Sic ēt hoc uectigal
media lōga huius galis.Sed gt̄o plurali hoꝝ uectigalium & uectiga
lioꝝ i Suetonii primo legimus de quo ēt hic Macrobius.ideſt
Hic Anibal hui⁹ balis : huic bali hunc balē o bal ab bale.Ita flectūt
in al maſculini generis:ut hic Sal. In el.

Mel mellis melli mel melq̄ a melle repoſcit
Hec mella hec mella:& mella o plurale tenebit
Fel ſellis uarians totum plurale carebit In.il.

hic & hec uigil hui⁹ uigilis huic li.hūc & hāc lē o gil a gile & gili hi &
he uigiles.horum & harum uigilum his libus hos & has les o lesa
libus. Similiter hic pugil pugilis:&c a pugile & pugili &c.

In Ol.

Sol ſoliſ ſoli ſolem ſol ſole reflectit.
Sepius inueni ſoleſ & ſolibuſ ipſe.

In Vl.

Conſuliſ hic conſul preſul uult preſuliſ huiuſ

In Am.

hic hec hoc nequam certe non eſt uariandum.
hoc tantundem huiuſ tantidem.hoc tantundem.,hi & he & hec toti
dem:horum & harum & horū totidem. hiſ totidem.hoſ & has & hec
totidem ab his totidem:

In im.

hoc cim uici nomen huius cim huic cim hoc cim o cim a cim.

In An.

hic Euan huius euantis:huic ti:hunc tem & ta.o Euan.ab euante.
hic titan huius titanis & titanos huic titani,hunc titana tanton:ut
phocas ait:o titan a titane. hi titanes horū titanū his nibuſ hoſ tita
naſ.o neſ a nibuſ.Ste quoq̄ hic peā peaniſ & peāoſ.& oīa greca in am
maſculini gene.auctore predicto:ut hic pā panoſ.Tulli⁹.i.de oratore
Peanē dixit.hic pāpanoſ idūtaxat differentie cauſa.ut Phocaſ ait:huic
pani hunc pana.o pā a pane hi paneſ.horum panum. hiſ panibuſ hoſ
panaſ o paneſ a panibuſ Datiuſ autem & ablt̄ſ rariſſime inueniuntur
Priſ.ait hic pan panoſ uel paniſ:Diomedeſ inquit .Pan nomē eſt totū
grece declinationiſ. In En.

hec Syren.huiuſ noſ & niſ huic ni.hāc nem & na.o Syren.a ne he ſyre
nel harū nū. hiſ nibuſ.haſ neſ & naſ o neſ a nibuſ.Ab hoc flamie pro
uento. hec flamina gt̄o carent.hiſ flaminibuſ hec flamina.o mina a ni
buſ.probo alibi. In in.

hic delphin huiuſ phinoſ & phiniſ huic fini hunc phina o phin a phi
nebi phineſ.horum phinum.hiſ phinibuſ.hoſ phinaſ o phineſ a nib⁹
Dicitur ēt delphinuſ delphini . & hic delphiſ dlphiniſ.Similiter hic
Arin ariniſ:& hic ariſ:hec Eleuſin eleuſiniſ:& hec eleuſiſ.

In On.

Hic ſinon huius ſinonis huic noni hunc nem & nona.o ſinona none.
Ita ēt ſimon ſimoniſ media longa cōtra rudium morem:Flacc⁹ in poe
tica Pythias emūcto lucrata ſimone talentū.hec ſydon ſydonis huic
doni hanc donē & dona o don a done. Hic laocoon hui⁹ lacoontis:
huic lacoonti hunc lacoontē & onta o laocoon a laocoonte. In ar.
Hoc calcar calcaris huic ri:hoc car o car a cari:hec aria arium rib⁹ hec
ria a ribus.ſic eunt neutra in ar producentia penultimam genitiui. ut
lupanar lupanaris:laquear laquearis: unde hoc nectar nectaris a ne-
ctari facit. Sic & alia obliquorum penultimam corripientia.Caret au
tem plurali nectar.hoc far ris.huic ri.hoc far o far a re.hec farra o far
ra. Hic & hec & hoc par.huius paris huic pari hunc & hanc parē
& hoc par o par a pare & pari.hi & he pares & hec paria . horum &
harum & horum parium his paribus hos & has pares & hec paria.
o pares & o paria a paribus.Sic declinantur ab eo compoſita. Diſpar
compar impar ſepar. In Er.
Hic puluer & hic puluis huius pulueris huic pulueri hunc puluerē o
puluer & puluis a puluere.Plurali caret.Sic quoq̄: ſed pluraliter etiā
hic Ciner & hic cinis.hui⁹ cineris.hic uomer & uomis.huius uomeris
Sed cucumer cucumeris tm̄:& hic cucumis cucumis facit. Hic Ether
etheris huic ri hunc rem & ra.o ether.ab ethere.ſimiliter hic aer aeris
Hic crater huius crateros & teris.huic ri hunc rem & tera o tera tere.
hi teres:horum terum his teribus hos teres & ras.o teres a terib⁹ ſic
etiam Panther ſtater caracter.hic iupiter huius iouis.huic ioui hunc
iouem.o iupiter ab ioue.hic ſeptember huius bris huic bri:huc brem
o ber a bri.hi bres.horum brum his bribus hos bres & bris o bres a
bribus Sic uariantur october nouember december.
Ver ueris ueri uer uerq̄ a uere tenebit.
Sic cicer hoc ciceris plurali ambo caruere.
Verberis atq̄ beri ſoſumq̄ a uerbere dicas
Verbera plurali declinat tertius ordo.
Hoc iter huius itineris huic itineri.hoc iter o iter ab itinere.hec itine-
ra horum itinerum his itineribus hec itinera itinera o itinera ab itine
ribus.hic pedeſter hec pedeſtris & hoc pedeſtre huius deſtris huic de-
ſtri:hunc & hanc deſtrem & hoc ſtre.o pedeſter: o pedeſtris o pedeſtre
a deſtri.hi & he ſtres & hec ſtria.horū & harū & horū ſtriū.his ſtri-
b⁹ hos & has ſtreſ ſtris & hec ſtria.o pedeſtres & o ſtria a ſtrib⁹
Mediocer ſic & mediocris uel mediocre.
Sic & equeſter erit.celer additurq̄ paluſter:
Et uolucer celeber:alacerq̄ ſaluber & acer.
Campeſter ſilueſter item quibus adde ſequeſter
Femineum cuius phocas uult eſſe ſequeſtra.
Dicitur etiam priſ.teſte i.y.hic & hec acer & hoc acre.uel hic & hec
acris & hoc acre.ſimiliter iſta tria celeber & bris. alacer cris ſaluber &
Tripliciter duo ber:duo cer uariare ſolemus. bris.
Mediocris etiam maſculino genere legitur hinc. Tullius ſecundo de

oratore dixit: Mediocris o ator.
Sequeſter ſequeſtra ſequeſtrum antiqui dicebant: genitiuo ſequeſtri ſequeſtre ſequeſtri datiuo ſequeſtro ſequeſtre ſequeſtro &c. Nunc uero dicimus. Hic ſequeſter & hoc ſtre huius ſtris huic ſequeſtri hūc ſtrem & hoc ſequeſtre o ſter & ſtre ab hoc ſtri. hi ſequeſtres & hec ſequeſtria horum ſtrium: his ſtribus. hos ſtres & hec ſtria & o ſtria a ſtribus. Ei⁹ autem femininum eſt ſequeſtra huius ſequeſtre: ſicut muſa muſe.

In Ir.

Hoc ir accuſatiuo hoc ir: o ir. Pyr Conſtantinus ita grece inflectit: To pyr: tu pyros: to pyri: to pyr: o pyr:
